PLangite Pierides, domus inclyta plange BOEMI,
Et Cycnea tuas imbre rigato genas.
Cur? validum cecidit fulcrum, quo pluribus annis
Parte ſui inſigni nunc SCHOLA fulta fuit.
Ædibus in magnis cùm fundamenta labaſcunt,
Exſtructum tota mole fatiſcit onus:
Sic ubi jam PETRUM ſub mòrunt fata BOEMUM,
Cycneæ Patriæ magnus abivit honos.
Magnus abivit honos, nec eum Schola noſtra parabit.
Omnipotens dederit ni Deus ipſe alium.
Laudibus hunc hominum nullus celebrauerit æquis
Quantumvis linguis præditus iſte ſiet.
Eius doctrinâ fuit aucta ſcholaſtica multùm
Res, domibus ſacris commoda mille tulit.
Quod ſupereſt, te CHRISTE precor, mea vota benigno
Accipias vultu, voce gemente data.
Incolumes reliqui, longo maneantq́ꝫ celebres
Tempore Doctores: creſcat ut indè Schola.
Creſcat ut inde ſchola, ac millenos proferat uſus,
Qui placeant homini, qui placeantq́ꝫ Deo.

 Alo-